die, imò fortassis unicâ tantummodo horâ, hôc afferebant pœnâ,
iste non unâ horâ, non uno etiam die, sed toto vitæ spatio,
hominem suis morsibus excruciant; illi interdiu solummodo hoc
tormenti genus intulerunt, spatij ad quietem nonnihil dato,
iste etiam nocturno quietisque tempore mortales ab hoc cruciatu
minimè quietos esse permittit; illi semel hanc pœnam intulisse
contenti fuerunt, iste si millies eandem intulerit, inferre
tamen nec tum cessabit, sed semper dolorem dolori, cruciatum cruciatui
addere tentabit. Deinde quis vestrum AA. ignorat, Ty-
rannus nihil ita ut sanguinem humanum sentire, hominesque
nefandam sitim aliorum cruore posse se saturare; At
etiam hac siti pulicem laborare quis non videt! imò potius
animadvertit sentitque? cum continuè noctu diuque nullâ
interpositâ morâ aut gelu sanguinem ex hoc eliciat pro-
voret atque edat, ita ut satiari minimè posse videatur,
unde non modò Tyrannus, sed etiam sanguisuga dicendus
esse optimo iure videatur. Jam verò etiam carnifi-
cem esse nemo est qui non etiam videat sentiatque, carnificis
n. munus officiumque esse solet, reos vario pœnarum cruciatu
torquere, illos crudeli subjicere torturæ, denique fœdum in
modum excarnificare, at idem præstat pulex, et quidem,
delictis, dum non reos duntaxat, sed et innocuos, infantes
videl. et ægrotos, sine ullo discrimine excruciat, morsibusque